



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Affectus erga Beatam Virginem. 38

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 87

est dignatus; nisi quâ in eorum
contentum disputaret; tum e-
nim, vt vidimus, eloquentia nul-
li concedebat. Nouarum deni-
que impatiens, ne auditor qui-
dem esse sustinuit: quòd facere
iacturam temporis, in auscul-
tanda re nihili, & sæpius ex va-
no hausta, quàm veri comperta,
sapienter detrectaret.

XXXVIII. *Affectus erga Beatã
Virginem.*

HAud nullum hic operæ meæ
precium fecero, si paucis ex-
sequar, quem in venerandis cæ-
litibus modum ordinemq; An-
tonius seruarit. Nam quorum
imitari facinora cogitabat, eo-
rum sibi memoriam censuit nō
esse perfunctorie celebrandam.
Primas ibi partes, & secundum

D 5

Deum

Deum (quod par erat) proximas, nuncupavit B. Virgini; quam vnam cultu singulari, atque omnibus studijs demereri conatus, nihil quod virium suarum esset prætermisit. Hac enim propitia, Deum norat infensum esse non posse. Et quia Sanctos, inde Iosephum integerrimum Virginis sponsum; hinc Annam Virginis parentem, non nesciebat, quantum vterque, hæc apud Natam, ille apud Sponsam polleteret; ambos principe affectu cultuque profecutus; ad conciliandum dominæ fauorem adhibuit patronos. Equidem scio, ipsum in aliorum quoque cælitum, & permultorum clientela fuisse: Sed hic mihi propositum non est, alia prodere, quam quæ depromta ferè ex commentario-

lo sunt, ipsius manu composito,
& post mortem obitam prola-
to.

XXXIX. *Affectus erga San-
ctum Ignatium.*

I Bi Sanctum scribit Ignatium,
in præcipua veneratione à se
tribus de causis haberi. Harum
primam esse; quod *summe
Triadi complacita mirificè
fuerit eius anima.* Patri quidè,
vt qui per mores Ignatii, quod-
dam filij sui apographon infi-
gnitè expresserit. Ipsi deinde Fi-
lio, qui Ignatium copiarum sua-
rum Ducem præfecerit. Tum
autem Spiritui Sancto; qui con-
silia armæque ipsi suggesserit,
cùm ad hæresim validissimè re-
tundendam; tum ad Pontificis
Romani auctoritatem per cli-
entes posteròsque studiosè pro-